



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 33. Inhumanæ vexationes contra Turnonium Cardinalem, eique  
adhærentes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII. Hist. literaria, de Judæorum præputio,  
 A. C. 1710. de Philosophia revelationis Divinæ In-  
 dice, de potestate Protestantium circa  
 Matrimonia, de adulterio &c. VII.  
 Bertholdus Botfaccus publici juris fecit  
 Medullam Theologiæ moralis, vindic-  
 cias Feuerbornianas de reali Corporis  
 & Sanguinis Christi præsentia, commo-  
 nitorium de fugiendo Papismo præter  
 alia.

## §. XXXIII.

*Inhumane vexationes contra Turno-  
 nium Cardinalem, eique adhæ-  
 rentes.*

*Relat. mort.  
 Card. Turni.  
 pag. 12.  
 Relat. Ab-  
 régé de la  
 Persec.  
 pag. 352.*

Levia videbantur certaminis præludia,  
 quæ Cardinalis Turnonius ob fidei  
 integritatem, atque obedientiam Sedis  
 Apostolicæ immote præstitam a Ri-  
 tuum prohibitorum Patronis hucusque  
 sustinere cogebatur; hoc autem præ-  
 sentis sæculi anno decimo, postquam  
 ejus inimici sex Missionarios unacum  
 Bireto Cardinalitio Macaoum appulisse,  
 eumque ad tantam dignitatem evectum  
 viderant, se præventos esse indignati  
 crudelius in eum desævire decreverunt.  
 Sane omnia diaboli tormenta provocare  
 videbantur, ut innumeris insultibus,  
 probris, calumniis, calamitatibusque  
 confectum perderent: Præprimis igitur  
 Cardi-



Cardinalem infimulant, quod contra Sæc. XVIII.  
 Imperatoris edictum sex Missionariis in A. C. 1710.  
 sua domo refugium præstitisset: mox  
 ergo eorum instinctu die tertia Januarii  
 duo Mandarinæ, unus ex literatorum,  
 alter ex militum Ordine cum viginti  
 quinque militibus & aliquot civitatis  
 Ministris ad Cardinalis ædes advolant,  
 profugos hosce Missionarios armata  
 ac violenta manu inde raptaturi: cum  
 autem fores undique oclusas reperi-  
 rent, rabiem suam furoremque contra  
 Oeconomum, aliosque Cardinalis fa-  
 mulos comportandis vitæ necessariis  
 destinatos effundunt, illum incarceran-  
 tes, his vero allatam annonam aufe-  
 rentes: Nec his contenti, præcipuum  
 ex Mandarinis advocant, ut præfatos  
 Missionarios e Cardinalis ædibus raptari  
 juberet. Hic igitur sub officiosæ salu-  
 tationis obtentu ingressum petens, mox  
 ut cubiculo pedem intulit, Cardina-  
 lem summa petulantia ac importunitate  
 urgere cæpit, ut Missionarios quanto-  
 cius a se dimitteret, Goanæ navi com-  
 mittendos. Hic quidem blandis ver-  
 bis ac precibus Mandarinæ insolentiam,  
 quantum poterat, mitigare intentus,  
 maximos, quibus Peckini ab Impera-  
 tore dignatus fuisset, honores recensuit,  
 eique Regia dona, quibus sua Majestas  
 eum fuisset remunerata, supra mensam  
 I 5 posita



Sæc. XVIII. posita monstravit, spe fretus, ut, quem  
 A. C. 1710. ab ipso Imperatore tanti habitum ce-  
 neret, aut pari humanitatis officio pro-  
 secuturus, aut saltem haud ultra mo-  
 lestaturus esset. Verum hic minima  
 mitior factus, aucto semper furore Car-  
 dinalem horrendis dictis ac convitiis  
 laceffere, atque ipsa etiam Imperato-  
 ris munera contemnere pergebat: cum  
 ergo Cardinalis Mandarinum molli-  
 bus verbis semper magis efferari, atque in  
 furias agi cerneret, ipse cubiculo ex-  
 cessit, ne sese acerbioribus exponere  
 insultibus: Egressus itaque Mandarinum  
 denuo Oeconomum, quem pridie ipse  
 liberaverat, in carcerem, octo autem  
 Cardinalis famulos ferreis catenis con-  
 stringi & unumquemque ipsorum cen-  
 tum quadraginta quinque ictibus fuffi-  
 gari iussit: His insuper per viginti qua-  
 tuor dies in captivitate detentis, Ge-  
 neralis, ut vocant Capitaneus, edictum  
 ante biennium Mense Decembri extor-  
 tum innovavit, ac sub perduellium poe-  
 na cunctis inhibuit, ne Cardinali obe-  
 dirent, Macaonensis vero Episcopi Vi-  
 carius Generalis non modo Dominica-  
 norum atque Augustinianorum Eccle-  
 sias interdicto subiecit, sed etiam in  
 Cardinalem, eoquod coram Episcopo  
 comparere iussus non comparuisset  
 excommunicationis poenam vibravit

Præ



Præterea Turnonii hostes quemdam Sa-  
cerdotem Balthafarem de Acugnia sub-  
ornarunt, ut varia Mandarinorum e-  
dicta Cardinali exhiberet, quibus hic  
Missionarios dimittere juberetur. Nihilo-  
minus Turnonius cedere renuit, eo-  
quod id esset contra Imperatoris edi-  
ctum, qui in mandatis dederat, ut ex  
hisce Missionariis quisque nativum sibi  
Regnum peteret, Goana autem hæc  
navis Malacam contenderet, hæc au-  
tem Urbs Hollandis pareret, apud quos  
Sacerdotibus Catholicis ibidem morandi  
facultas non esset, aliunde vero hi Mis-  
sionarii in votis haberent, post tolera-  
tum exilium, & frustratam Missionis  
spem in patriam per Manilanam Navim  
reduci: e contrario autem Turnonii  
hostes ne eo pergerent, prohibere to-  
tis viribus nitebantur, veriti, ne Ma-  
nillæ notum fieret, quam acerbæ &  
iniquæ tam Cardinali quam ipsis vio-  
lentæ fuissent illatæ: nec eorum co-  
natibus defuit optatus successus; quip-  
pe fraude ac dolosis promissis Missiona-  
rios eo inducere, ut tandem die deci-  
ma octava Januarii navim Goanam  
conscenderent. Horum absentia eva-  
nuit quidem futilis ille obtentus con-  
tra Cardinalem excogitatus, nec ta-  
men propterea vexationum finis; ter-  
tia enim post die Turnonii hostes Ca-  
pita-

Sæc. XVIII.

A. C. 1710.



Sæc. XVIII. A. C. 1710. pitaneum, Mandarinis, ipsumque Pro-Regem Cantonensem summa importunitate urgebant, ut Cardinalis ædes qua mare qua terram versus militum excubiis cingi juberet, novæ hujus vexationis ac injuriæ causam obtendentes, quod contra Lusitanorum & Sinensium postulata Missionarios a Goana navigatione absterruisset, ipse vero navi Manilana eo consilio Macaoum advecta aufugere meditaretur: Pro-Rex igitur veritus, ne Imperatoris, qui ejus custodiæ Cardinalem commiserat, indignationem incurreret, eum potius in carcere, quam in domo tam arctè custodivit, ut non modo Missionariis, ejusque famulis aditus, sed etiam comestus ad vitam sustentandam necessarij, & aquæ subsidia Cardinali, ceterisque cum eo degentibus denegarentur, ac vetula quædam contiguæ domus inquilina, quæ modicum alimentis inclusis clam intulisse deprehensa fuit, e domo sua mox expelleretur. Extrema hæc necessitas afflictos hosce, ut falsam maris aquam e puteo haustam non sine magno sanitatis detrimento biberent, adegit.